Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38332
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



268

pergentur omnes qui operantur iniquitatem. si peribunt quomodo dispergentur. quienim
semel perierit dispergi non potest; debuit dicere: ecce dispergentur & peribunt.
Quod ergo dicit: hoc est inimici tui dñe peribunt. cum omnia tabi subiecta fuerint omnes
qui inimicus tuus fuerit postea efficitur amicus: hoc est non peribit homo: sed peribit
inimicus; qui inimicus fuit amicus erit. & sic peribit inimicus.
Qnm ecce inimici tui peribunt & dispergentur omnes qui operantur iniquitatem;
quomodo si sci simul sunt grex quasi est. sicsi peccatores simul fuerint quasi pessima
congregatio est; quanto enim plures simul fuerint tanto peiores sunt.
Denique eo tempore quo turris aedificabatur contra dm dispergebantur inuitrate in suam consensus eorum malus fuit; dispersio uero profuit & iam illi ipsis
qui dispersi sunt. Exaltabitur sicut unicornis cornu meum; semper cornu
in regno ponitur: In tei inimicos nostros uentilamus. cornu; Denique nullum
animal in templo immolatur dño nisi quod cornu habet; ria Immolabatur dño
In templo. immolabatur: & uniuersa cornuta sunt; nisi enim aliquis habuerit
cornu in quo inimica suentilare non est dignus immolari dō; propter ea &
dns cornu dicitur his qui credunt in eum: & in cornibus crucis suae uentilauit
Inimicos; ibi confudit diabulum: & omne eius exercitum. Xps quidem cruci
fixus erat in corpore: sed uere crucifigebat ibi daemones; non fuit crux sed
triumphus fuit. sed uexillum fuit; propter ea conscendit in crucem: ut nos deferre
in altum tollere. Ego puto crucem saluatoris: istam: eē: scalam quam uidit iacob.
In ista scala descendebant angeli: & conscendebant; In ista scala hoc ē cruce descendunt iudaei: & conscendunt gentiles. Et exaltabitur sicut unicornis
cornu meum. Alii habebant plures cornua: Ego unum solum cornu habeo;
mihi autem absit gloriari nisi In cruce dñi: per quem mihi mundus crucifixus est:
& ego mundo; & senectus mea in misericordia uberi; senectus nostra oleo dī
indigē: quomodo enim corpore nostro quando laborauerimus.
loquor simplicius propter simpliciores fratres: qui non possunt intellegere sublimius; quomodo corpore nostro quando laborant non reficiuntur nisi uno
tione olei: quomodo lumen quod in lucerna est nisi oleum miseris extinguitur:
sic & lumen senectutis meae: oleo & misericordia dī indigē ut crescat.
Denique & apostoli ascendunt in montem oliuē: ut qnm lassierent:
& indiebant lucerne ipsorum oleo dñi: De oleo dñi Inluminantur;
Unde dicit & iustus. Ego autem sicut oliua fructifera in domo; & in
alio loco dicitur. filii tui sicut nouella oliuarum: in circuitu mensae tuae.
Nullus alius mons erat de quo ascendit dns: ad regna caelorum: nisi mons oliuē.

taurus: immolabatur aries: immolabatur hircus; ria immolabantur: